Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

quibus in Acon homo cum uno denario Venetico treu
gas ruptas posset emendare. Tandem magister templari
orum gravissime recessit et commissum populum convocans
etiam secrete convenit. Intuit faciens sermonem exposuit
qualiter a soldano suis precibus obtinuisset quod quibus
homo uno denario treugas ruptas posset emen
dare et cum hec omnia essent pacificata et emen
data et hoc per omnia fieri suasit allegans quod per
civium discordiam maius dampnum civitati posset eve
nire. Sed propter eos evenit quod audiens populus contra eo
ce clamabat ipsum esse proditorem civitatis. Et vix mortem
et magister hiis auditis etiam evasit et magnus populi
vix evasit. Soldano responsum populi remandavit. Quod
audiens soldanus statim ob populi dissentationem nullam
sibi in aliquibus terris resistentiam tentoria fixit et sexa
ginta machinas erexit et quinque subterraneas minas sub
muris fieri fecit et quadraginta diebus et noctibus
sine aliqua intermissione civitatem igne lapidibus ac sa
gittis et huiusmodi fecit impugnare et quod sagittas nunquam
videbant. Audivi a valde honesto milite qui tunc
erat super terram cum lancea ~~antequam de manu sua~~
~~erant emissa~~ prius videbat de terra in Sarracenos
quod tollit reparat de sagittis antequam de manu sua
essent emissa. Erant tunc temporis in exercitu soldani